



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. XIII. Professus egressus si vxorem duxerit, vbi ea de re instituenda  
cognitio?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

## RESPONSV M XIII.

*Professus egressus si vxorem  
duxerit, ubi eadē re in-  
stituenda cognitio?*

**P** Etrus post emissam in Ordine M. exento professionem intra quinquennium de nullitate queftus, & Romam est profectus: quid peregerit non satis constat: inde rediens & in Angliam diuertens ibidem circa formam Concilij Trid. ibi non publicati vxorem duxit: in Belgum rediit, & in pago L. quasi domicilium fixit, aliquot mensibus habitauit: certiores facti Superiores Ordinis illum curruim impositum abduxerunt ad conuentum A. & carceri inclusum illi prosequitur, quæ se dicit vxorem.

Recte iure patrio per Ordinariū ei permisum est injicere arrestum, vt causa matrimonialis ab illo cognoscatur. quippe quæ in prima instantia ad solos Ordinarios pertinet. *ex regula cap. 20. in princip. & s. ad hac. f. 24. Conc. Trid.* & consequenter causa legitimatis sue prolis, quæ etiam ad Ordinariū pertinet. tot. tit. X. qui filii sint legit.

Cora Ordo  
dinary los-  
ci arresti  
de cau-  
marinos  
niali prin-  
cipali.

Et inciden-  
ter de nulli-  
tate profes-  
sionis.

Et quamvis idem Concilium f. 25. *de regular c. 19.* quætiones nullitatū professionum discep- tari velit coram regulari Superiori, & Ordinario: tamen loquitur illud quando causa nullitatis instituitur principaliter, & ab ipso professo; non verò, quando incideret, & ab ea, quæ se dicit vxorem, matrimonialis quæstio principaliter instituitur, & incidenter tantum potest excipi super nullitatē professionis. incidentalis enim quæstionis legitimus Iudex est idem, qui principaliter etiam qui de illa principaliter instituta cognoscere non possit. *c. causam X. de in in-*

*teg. restit. L. quoties. C. de iud. l. i. C. de  
ord. cogn. vbi index de causa status  
cognoscit incidenter, qui non po-  
test principaliter.*

Poteft ergo Superior, in exce- <sup>3.</sup>  
ptione se caufæ interponere tan-  
quam pars; non verò vt Index,   
inuitio Ordinario. si tamen cum <sup>Quando  
nec tenes-  
tur Ordin-  
arius Or-  
dinis Super-  
riorem ad  
mittere ut  
coniuicia-  
cem.</sup>  
Ordinario cognoscere cepit &  
nullitate; ob præventionem iuxta  
formam d. c. 19. illam quæstionem  
peragefe poterit: ob eandemque  
tanquam præjudiciale cauſa ma-  
trimonialis suspendi debebit. *c.  
tuam. X. de ord. cog. Myns. cent. 1.  
obs. vlt.* manente interim arreſto.

Sed dum cauſa cognoscitur, ni- <sup>4.</sup>  
fi euidenter fruſuſe ſint allegatio-  
nes nullitatis, adeo vt nec ſpolij  
eadiat reſtitutio; an obtineri de  
beat diſpoſitio d.c. 19. vt reaſump-  
to habitu in monaſterio ſit; an  
demum eō redire compellatur  
cauſa cognita & decifa; iuxta for-  
matam c. 1. X. de iſ que vi & met. vide  
que diximus in tur. pont. nou. anal. de  
regular. n. 47. in fin. vide & c. 1. nov.  
10. X. de ſentent. & re. ind. vbi ante  
decisionem ad ſuperinductam ac-  
ceſſus prohibetur.

De Religioſis Domibus.

## RESPONSV M I.

*Testator legatum perpetuum  
reliquit consanguineis fol-  
uendum cum ad ſtatutum  
peruenient: quæſitum eſt;*  
*an, quæ beginagium in-  
greſſa, & illius more pro-  
feſſa eſt, ad ſtatutum per-  
uenient, & legati capax  
ſit facta?*

**Q** Vemadmodum in lege ex <sup>1.</sup> Ad ſtatutum  
bis C. quando dies leg. legitur peruenient,  
haec clausula, cum filia ad legitimum  
ſtatutum